Ling. 175 (Ink.)

IACOBVS VuIMPFELINGIVS Sletſtatinus Ioāni Zuigio Nemetenſi & Philippo Furſtenbergeñ. amicis cariſſimis Salutem dicit plurimam.

Vidit & legit humanitas veſtra lucubraciūculā Petri Schotti Argentineñ. de menſuris ſyllabarum exactiſſime comportatā obſecro ut vl̄ pauciſſimis verſibus veſtris opuſculū̄ ipſum ex ornare ad legendū̄q; adoleſcenciores inuitare dignemini: lectu enim mihi dignum videtur. Valete. ex caſula noſtra philoſo phica Heydelberge. v. Kl̄n. Decembres Anni Chriſti Milleſimi Quingenteſimi.

IOANNIS ZVuIGII NEMETENſis Philoſophię Magiſtri Saphicum Endecaſyllabum in Opuſculū̄ Petri Schotti Argentineñ de mēſuris ſyllabarꝫ.

Fontis en diui latices qui bucca
Corpore innixo bibitare gliſcis
Culmen & Cyrrę Cytheronq; ſacros Viſere colles:
Tempora ut cingat chorus ille lauro
Monte Parnaſo tibi hic Heſiodus
Atq; ubi ſacro meruit perhennē Munere laudem
Et ferant Nimphæ calathis anethum
Hanc legas Petri ſtudioſa pubes
Mente qui docta modulatur artem Metrificandi.

PHILIPPI furſtenbergeñ. Elegiacum in Opuſculū̄ Petri Schotti Argeñ.

Eous pratis: Cretenſibus Ida pharetris:
Velleribus ſeres: gaudet Hymetus ape.
Immitis iaculum Parthus: tu melle Calydne:
Aſſirius flores: thura Sabeus amat:
Diligit Aonius prædulcia carmina Vates:
Gaudia quę ſuperant tocius orbis opes:
His cędunt tinctæ Getulo murice veſtes:
His cędit roſei lucida concha maris:
Aurifer his cedit Tagus & Pactolus & Hermus:
Mentorei calices: Coriciumq; crocum.
Ergo Poetarꝫ quiſquis ſolacia quęris
Huius doctiloqui perlege Vatis opus.

Regionū q̄d q̄q; ferat Nō